

animositate Regis. Referunt ad egressum quando Moyses eduxit Israelitas de Aegypto...

167. At in presenti loquitur D. Stephanus ob timorem irae, ac furoris Pharaonis: Maxime inter viros fortissimos decantandus est David...

1. Reg. 17. Reg. 17. n. 37. Quae major virium fortitudo, ac robur, animique generositas, ac audacia...

Ecl. 47. Leonibus lusu, quasi cum Agnis, & V. si similitier fecit, sicut in agnis ovium in juventute sua...

Fortes timent ex causa Adrich. auct. ait: Fugiebat David, non ex pusillanimitate, sed ex cautela. Plus timenda ira, & furor unius maligni hominis, quam rabies, ac saevitia omnium Bestiarum...

168. Haec autem saeva, & crudelis durities communiter invenitur in Regibus, ac potentatibus, ut in Pharaone erga Israelitas, in Saule erga David...

Apoc. 17. Crudele et in legibus. darata purpura, & coccino. Nonne sufficiebat, quod mulier esset induta purpura, ad quid insuper coccino, rubeus, & sanguineus color...

Rupert. cum purpura sociatur coccinum dicendo, & mulier erat circumdata purpura, & coccino; quia profecto purpuram regnorum semper comitata est ignea crudelitas homicidarum.

QUESTIO XXI.

Quare Deus apparet Moysi in flamma ignis?

169. CUM Moyses duxisset gregem ad interiora deserti, apparuit ei Deus in flamma ignis in rubo, qui ardeat, & non comburatur, ut ait hic D. Stephanus...

D. Greg. 170. Apparuit Deus in forma ignis quia, ut dicitur Deuteron. 4. n. 24. & ad Hebraeos 12. n. 29. Deus noster ignis est.

D. Dion. Cur Deus in igne. D. Tho. D. Ambros. D. Aug. Apparuit Deus in forma ignis quia, ut dicitur Deuteron. 4. n. 24. & ad Hebraeos 12. n. 29. Deus noster ignis est.

ac contemplatione sursum elevat. Quinto ignis inflammatur, & accenditur; & calefacit, sic Deus, ut ait Author Catenae, cor nostrum inflammatur in sui amore, ac celestium. Sexto Deus apparet in forma ignis in rubo...

Author. Catenae.

*Septimo sub forma ignis apparet Deus rubo insidens: Valde multum damnum timendum erat rubo, ex tanto igne in illo residente. At tota illa ignis flamma a Deo veniebat, & ideo non damnum, sed multum bonum rubo offerebat ut inde illustrior, ac viridior appareret. D. Hilarius lib. 12. de Trinit. & ait: Moysi in forma ignis ostenditur Deus, ut natura create tam potius ad speciem, quam ad substantiam d'scres...

D. Ambros. 171.

Mala ex manu Dei ad salutem.

Magna ira flagrabat Satan ad Jobi perditionem, & ait ad Deum cap. 2. n. 5. Mitte manum tuam, & tanges...

172.

Job. 2.

Deus cum vulnerat, sanat. D. Greg. Nissenus. Iusti laboribus non consumuntur, sed crescant. Psal. 67. Tertio Rubus cum flamma significat justos; ac sanctos, qui igne, ac flamma laborum persecutionum, tormentorumque non consumuntur...

173.

Math. 22.

Disponunt Pharisei sua depravata nequitia Christum capere in sermone, quarentes ab eo de tributo dando Caesari, quibus iratus Dominus ait: Quid me temeris hypocrite, Matth. 22. n. 19. tam aspero verbo eorum nequitia flagellatur, ad quae verba ait D. Chrysolomus in Catena D. Thomae; Dixit ergo...

174.

D. Chrysolomus.

eis: Hypocrite, ut considerantes cum humanorum cordium cognovimus, quod facere cogitabamus, perspicere non audebant. Vide ergo quod Pharisei blandiebantur, ut perderent, sed Jesus eos confundebat, ut salvaret; quia utilior est homini Deus iratus, quam homo propitiuus. Christus contra eorum depravatam etiam nobis nequitiam se ostendit iratum, declarans eorum cogitationes cordium penetrare, quod proprium Dei est, ut ira eorum malitiam, ac perversitatem confundat, ut ipsi respiciant, & ad salutem veniant; quia ipsa etiam ira Dei cum sit Dei, valde proficua & utilis est homini; Ut salvet, quia utilior est homini Deus iratus, quam homo propitiuus.

QUESTIO XXII.

Quare Rubus ardebat, & non comburebatur?

Ut ait hic D. Stephanus, & dicitur Exod. 3. n. 2. Rubus ardebat, & non comburebatur. Chaldaei. Exod. 3. Non consumebatur. Oleaster Non comeditur. Quod Chaldaei. Oleaster. Magnam. Quae visio dicitur magna, quod de aliis visionibus

174.

Chaldaei. Oleaster.

visionibus communiter non dicitur in scriptura, & unde Moyses tantum promeruit visionem: Praeclare D. Basilius Seleucus orat. 26. Moyses, ut inquit Apoc. Hebraeor. 1. numer. 25. magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporarii peccati habere jucunditatem: Cujus electione, ipsum Deus admiratus, se videndum offert viro tam cordati meriti. Expende verba, Cujus electionis ipsum Deus admiratus, Adeo excelsum, & sublime est, regnum contemnere praerummosa vita, & cum arumoso populo affligi, ut Deus quoad speciem videatur admiratus, ut pro tanto merito tam magnam concedat visionem.

D. Basil. Seleucus. Hier. 11.

Regni despectio valde mirabilis.

175.

Philo. Theod.

Vilis eligitur a Deo.

D. Basil. Seleucus.

176.

D. Greg. Nissenus.

Iusti laboribus non consumuntur, sed crescant. Psal. 67.

Incogn. 177.

Ecclesia.

178.

D. Nilf. D. Leo. D. Hier. D. Bern. Ecclesia.

Dei para Virgo in partu.

German.

179. Virgo Maria sine peccato originali.

peccati eam attingit, eam Deo specialiter praeservante: Unde ait D. August. lib. de natura, & gratia contra Pelagium cap. 63. Excepit Sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini, cum de peccatis agitur, nullam prorsus habere volo questionem, scimus enim, quod ei plus gratia collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quae concipere, ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum.

D. Aug.

Septimo, Rubus vilis, humilis, & spinosus denotat Christi humanitatem, quam ipse multis arumnis, molestias, ac laboribus, tamquam spinis subiectam, ac circumseptam, & humilem sponte pro nostra salute suscepit, sed sicut ignis rubus, sic Deitas humanitatem, ejusque mortalitatem, ac infirmitatem non consumpsit. D. Gregor. lib. 28. Moralium cap. 2. ait: Per succensum rubum Moysen alloquens Deus, quid aliud ostendit, nisi quod ex illo populo exiret, qui in igne deitatis, carnis nostrae & doloris, quasi rubi spinas susciperet, & inconsumentam humanitatis nostrae substantiam, etiam in ipsa Divinitatis flamma servaret. Quo exemplo probat noster D. Cyrillus contra Eutychem duas naturas in Christo mansisse illas, integras, ac inconfusas, ut extiterunt rubus, & ignis.

180.

Octavo, In tali visione apparet Deus Moysi, quem instruebat, ut duce, & gubernatorem sui populi: Bonus praelatus debet esse sicut ignis in rubo, debet sicut ignis lucere sapientia doctrinae, ac etiam prudentia regiminis, & ardere calore charitatis, debet secum habere conjunctas spinas justitiae, & severitatis ad puniendum, ac castigandum errantes, ac inobedientes, quod argumentum late persequitur Petrus Damianus opuscul. 57. cap. 3, exemplo Apostolorum Petri, & Pauli, qui fuerunt maxime resplendentes doctrina, & tamen Petrus punivit Ananiam, & Saphiram Actor. 5. & Paulus dicebat: Vallet ut in virga veniam ad vos 1. Corinth. 4. n. 25.

181.

Nono, Clemens Alexandrinus lib. 2. Paedag. cap. 8. Postquam verbum legem ferre, & cum hominibus versari desit, mystice rursus spinea corona coronatur, veteris descensum in vitam instaurans, ut quod primum per rubum verbum visum fuerat, per spinam rursus assumptam ostenderet omnia esse unius potentiae. Deus olim liberaturus Israel, in quo praefiguratur noster Redemptio a servitute Daemonis, venit per spinas in rubo, tunc in executione myteri per spinas illis coronatus implevit Ioan. 19. n. 5. Ostendens ex modo operandi, quod idem sit Dominus, & sine spinis noluit tantum opus perficere, docens, quod si illius fructum volumus assequi, per spinas sit incedendum, magna enim sine spinis, & arumnis non obtinentur.

Bonus praelatus sicut ignis in rubo, debet sicut ignis lucere sapientia doctrinae, ac etiam prudentia regiminis, & ardere calore charitatis, debet secum habere conjunctas spinas justitiae, & severitatis ad puniendum, ac castigandum errantes, ac inobedientes, quod argumentum late persequitur Petrus Damianus opuscul. 57. cap. 3, exemplo Apostolorum Petri, & Pauli, qui fuerunt maxime resplendentes doctrina, & tamen Petrus punivit Ananiam, & Saphiram Actor. 5. & Paulus dicebat: Vallet ut in virga veniam ad vos 1. Corinth. 4. n. 25.

182.

Decimo. Apparet hic Deus Moysi in flamma ignis de medio rubi. Aliter sese ostendit Josue 5. numer. 13. Josue qui ait: Vidi virum stantem contra se tenentem gladio evaginatum, qui dicebat sum Princeps exercitus Dei. In utroque loco apparet Angelus in persona Dei, cur & tam diverso modo? Moysi in igne, Josue in gladio: Rupertus lib. 1. in Josue cap. 18. ait: Moysi a parvi Deus in flamma ignis de medio rubi, Josue tamquam vir praetior, evaginatum habens gladium; Illi splendet facturo miracula, ignis apparuit: Huic mox cruenta bella futuro, evaginatum gladium tenens apparuit. Destinabatur Moyses, ut splendet claritate miraculorum, Josue ut folgeret potentia gladii, & prout uterque se exhibebat, in obsequio Dei, sic & Deus illis similem se exhibebat, splendentis miraculis in igne splendet, forti bellatori, bellator apparuit.

Clem. Alexand.

Joan. 19. Per spinas ad salutem.

183.

Scribitur Genes. 32. numer. 24. de Jacob: Tradidit Et: sicut omnibus, quae ad se pertinebant mansit solus; Gen. 32.

184.

